



Perillustri & Magnifici Herou

Dn. CHRISTIANI FRIIS,
Domini in Kragerup, Equi-
tis Aurati, Regiæ Majestatis
Danorum Cancellarii ma-
gni **FILIO**

Dn. CHRISTIANO FRIIS,
Generosæ indolis & optimæ spei
adolescenti,

S. P.

Magni interest Regum
ac Principum, ne situs
& amplitudinem re-
gionum, in quas supre-
mi Numinis arbitrio imperium
sortiti sunt, penitus inexploratum
iacere sinant atque incognitam.

Principio etenim non parvi est
res momenti, exactè scire, quam
latè pateant fines ditionis sua ac
territorii; quodve ius illis defen-
dendis

*dum'duximus. Deus ter Opt.
Max. te quam diutissime seruet,
studia tua sospitet, & Magnifici
Herois parentis tui vestigia asse-
qui faciat. Dabam Lugduni Ba-
tavorum, Idibus Iuliis, clō lōc.
XXIX.*

Generositati tuæ deditiss.

STEPHANVS IOHANNIS
STEPHANVS, DADVS.



TRACTATVVM

Qui hoc libello continentur

CONSPECTVS.

I.

M. Adami Canonici Bre-
mensis Libellus de Situ Danię,
& reliquarum quę trans Da-
niam sunt regionum natura:
deque gentium istarum, istis
temporibus, moribus ac reli-
gione.

II.

Saxonis Grammatici, flo-
rentissimi rerum Danicarum
scriptoris Commentariolus de
regnorum Aquilonarium situ
& natura.

III.

Erici Danię Regis, Wra-
tislai VII, Ducis Pomeranię
fil. Historica narratio, de ori-
gine gentis Danorum, & de
Regi-

Regibus ejusdem gentis, de-
que eorundem rebus gestis; ex
codice manu descripto reco-
gnita, & sexcentis in locis de-
bitæ integritati restituta.

IV.

Historia compendiosa ac
succincta Serenissimorum Da-
niæ Regum: ab incerto autho-
re conscripta, postea vero ad
CHRISTIANVM IV deducta,
& antehac in lucem edita o-
pera & studio *Erpoldi Linden-
bruch.*

V.

Daniæ descriptio, Insula-
rum ac partium præcipuarum
plagæ Arcticæ Theatrum re-
præsentans: authore *Iona Kol-
dingensi.*

VI.

Daniæ regni Politicus Sta-
tus.

VII. Ex-

VII.

Excerpta Libelli *Iona* ab *El-
vervelt*, De Holsatia, ejusque
Statu atque Ordinibus diver-
sis.

VIII.

Arngrimi Iona Islandi tracta-
tus de Islandicę gentis primor-
diis & veteri republica.

M. ADA-



I.

M. ADAMI, CANONICI
BREMENSIS,
LIBELLVS DE
SITV DANIAE,

*Et reliquarum qua trans Daniam
sunt regionum natura: deque gen-
tium istarum, istis temporibus,
moribus ac religione.*

DROVINCIA Danorum
tota fere in insulas disper-
tita est, sicut etiam legitur
in gestis sancti Ansgarii.
Hanc autem Daniam à no-
stris Nordalbingis flumen Egdora diri-
mit, quod oritur in profundissimo sal-
tu Paganorum Isarnho, & extéditur se-
cus mare Barbarum usque ad Sliam la-
cum. Cæterum flumen Egdora descen-
dit usque in Oceanum Fresonicum,
quem Romani scribunt Britannicum.
Et prima quidem pars Daniæ, quæ Iut-
landia dicitur, ab Egdora in Boream
longitudine protenditur, habens iter
A tridui,